

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LXXXVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

THEMA LXXXVIII.

Esa. 25.v.7.ad 9.

*Et auferet in monte isto superficiem oportimenti, quo
operis sunt. Et cetera quae sequuntur ad vers. 9.*

DISPOSITIO.

Insignis admodum est hic locas Esaie, qui duos nobis articulos Symboli Apostolici & Christiani explicat: XI. scilicet & XII. qui & ultimi & consolatione plenissimi, atq; iucundissimi sunt. Quia si non esset resurrectio mortuorum, & non hanc sequeretur vita æterna, cætera omnia frustra crederemus. Duabus autem similitudinibus hos duos articulos fidei egregie illustrat. De quibus ordine dicendum.

I. Pars.

Articulum resurrectionis mortuorum illustrat similitudine, de velo & oportento, quo aliquid, quod charum & gratum est, tegitur & operitur: Vbi autem illud volvitur conspicere, aufertur & removetur velum vel oportento. Als wann ein Umbhang für einem schönen Kunststück oder Gemälde ist.

1. Sic inquit, operatos & rectos esse mortuos, in hoc monte Hierosolymæ scilicet.

Sive autem per hoc velum intelligamus linteamina & fascias, quibus corpora defunctorum involuuntur iam humana: (Das Tuch darmit sie eingehet seynd). sive terram, qua operi sunt in sepulchro, idem est. Sie seynd verhüllt vnb bedeckt mit Erden oder mit Tuch.

2. Hoc inuolucrum & oportentum esse à Domino remouendum, inquit, vt mortui hactenus absconditi item conspiciantur viui. Hoc explicat addes, Mortem absorbebit in æternum. Quod Paulus de resurrectione mortuorum allegat, 1. Cor. 5.v.54.

3. Quia autem hoc rationi humanæ difficile & ab-

fur-

surdum videretur, ideoque non tantum initio dixit, Dominum Zebaoth, (sic enim ipsum nominat versu prece dente 6.) hoc effecturum: sed in fine etiam huius loci addit, Dominus dixit hoc, Quo insinuat certitudinem futuræ resurrectionis: quia is faciet, qui est omnipotens: is dixit, qui est veritas, & metiri nescit, Num. 23, v. 19. Heb. 6, v. 18.

Lo c v s. Discimus articulum symboli nostri de mortuorum resurrectione, non primum tempore Apostolorum inuenient & excoxitatum, sed ante aliquot millia annorum suisse praediudicatum in Ecclesia Dei, & creditum a fidelibus.

Etenim ante Esiam etiam primæ ui parentes & Patriarchæ illius documentum habuerunt in Henocho, Gen. 5. Et Hiob. 19. tam clare differitur de illa, ac si in Nouo Testamento ita factum esset. Habuerunt etiam insignia exempla refascitatorum, 1. Reg. 17. v. 22. & 1. Reg. 4. v. 33. & eius, qui coniectus in sepulchrum Elisei mortui reuxiri, 2. Reg. 11. v. 21. Insignis visio de ossibus aridis, Ezech. 37, v. 10. Dan. 12, v. 2. Insignis locus: Qui dormiunt, & cætera. In Noeo Testamento multi excitati. Iairi filia, Matth. 9. Filius in Nain, Luc. 7. Lazarus, Joh. 11. Tabitha Joppensis, Act. 9. Eutyches, Act. 10. Et Christus ipse filius Dei.

Tamen Diabolus excitat homines, qui negant hunc articulum: vt Saducei, & Corinthiorum aliqui, 1. Cor. 15. v. 13. Act. 23, v. 8. Matth. 22, v. 23.

Et hodie sane multi in corde suo non credunt, licet verbis hoc non fateantur. Et qui ductum rationis suæ lequuntur, non possunt id credere.

Nobis autem sufficit hoc, quod in fine additur: Dominus dixit, Ergo dubitare nefas.

Facit autem hæc spes resurrectionis mortuorum, vt non tantum omnes huius vitæ ærumnas æquiori animo feramus, spc compensationis istius, Joh. 16. v. 22. Rom. 8. vers. 17. Sed etiam vt in spem futuræ resurrectionis erexit non inuiti moriamur. Triste quidem inuolucrum, & triste oportentum, at remouebitur suo tempore.

Nec

Nec possunt corpora fieri glorioſa, niſi prius ſic inuoluntur & regantur. Semen non potest ferre fructum, niſi prius moriatur, 1. Corinth. 15. v. 36. Seminatur mortale, & reſurget immortale, Ibid. verſ. 43. & glorificabitur a Christo, Phil. 3.

II. Pars.

Quia vero non ſufficit resurrecțio ad noſtram beatitudinem, ſed vita æterna deum omnia perficit, id eoque hunc etiam poſtrem fidei articulum nobis depingit. Eſaias hoc loco, ſimilitudine ſupra a matribus blandiſſimis, quaे filii chariſſimis plorantibus lachrymas abſtergunt, & verbiſ blandiſſimis conſolantur. Ita, inquit Eſaias, Deuſ etiam abſterget lachrymas ſuorum piorum, quas in huius mundi miseriis fuderunt. Intelligit compenſationem glorioſam omnium malorum, & ſolatium diuinum, quo lati fruemur in altera vita, Deum viſuti facie, 1. Corinth. 13.

Deinde addit etiam Prophetæ hoc: Dominum ablatum opprobrium populi ſui in omni terra. In hiſ terris multipli ciognomina afficiuntur pii ab impiis. Hoc compeſaturus eſt Dominus gloria æterna, & corona immarceſſibili.

Dominus dixit, additur in fine, ut nihil de hoc dubitemus.

Loc vs. Hunc locum Joannes, de vita æterna beatitudine nos erudiens, mutuatus eſt ab Eſaias, Apoc. 7. v. 17. & 1. v. 4. quo ſolatur omnes mortaliſ, fore ut luctus convertatur in gaudium: & tale quod non auferetur a nobis, Joh. 16. v. 22. Atque omnes huius vitæ æternas non efficiunt gloria reuelanda conſerendas, Paulus author eſt, Rom. 8. v. 18. Et ſane vix potest eſſe iucunda magis conſolatio, quam haec, ſi iſtam rem accurratiuſ penſitemus.

Sumus hic in valle lachrymaram, Psal. 84. v. 7. Pii plorant. Mundus rideſ, Joh. 16. v. 20.

At ne vna quidem lachrymula pii perit: ſed numeratim colligitur in vtreum Dei, Psal. 55. verſ. 9. Et abſtergetur

geritur consolationibus blandissimis: sicut de Lazarō dicitur. Frustratur solatio. Luc. 16. vers. 25. Patienter igitur omnina ferenda sub hac spe.

F I N I S.

THEMA LXXXIX.

Esa. 26. vers. 16

Dominine in angustiis requirunt te: quando castigas illos clamant anxie.

D I S P O S I T I O

In hoc capite [Esa. 26.] canticum habetur, in quo Prophetā subinde miscet lāta tristib⁹. Dū enim recenset varias Ecclesiæ calamitates, in his terris, semper interim consolationes varias immiserit & recesserit beneficia, quibus pīi gaudeant. Ita & hoc loco de Ecclesiæ tribulationibus & angustiis loquitur, quas comparat doloribus & gemitibus parturientis. Interim tamen verbis prælēdiis ostendit, quem habeant illæ tribulationes usum. Et sanc in genere, crux est pīi quidem lignum amarum & acerbum: at salutare & utilissimum tamen. Est autem ea, quæ hoc loco recensetur, inter præcipias crucis utilitates non minima. Occasione itaq; loci huius, de vīo crucis pīorum dicemus. Et quia quinq; præcipias sunt utilitates crucis, Nos ex hoc & aliis scripturæ locis, de illis ordine dicem⁹. Primo tamen loco de his, qua Textus insinuat præsens.

I. Vīsus Crucis.

Non hanc ob causam Dominus affligit suos, quod ipsos oderit: (de illis enim quos Deus odit dicitur, Du lässest sie frey gehen / Ierem. 12. v. 3. & non sunt in periculis mortis, &c. Psalm. 73. v. 4.) sed quod tribulationes maxime sunt fructuose pīi.

Hic est autem unus inter præcipios fructus crucis & calamitatum, quod docet homines orare, & adducit illos ad Dominum,

Jai.

THEM

latus Lat. 7

stet al Chri

psuerilio, fi

Quod & de m

cūdūm eli

Si emul ne

dōvīlūtērā

mītū & pīce

Atī angu

man bītūr

Cūm, ocul

Quod si m

coītēdīn

ou, pāndē

Atēm ca

dōvīlūtērā

mōtūs hōt

Eggēgē

accēdēcē

pīces

Vīsū

optimā

angūlūtērā

L. Ne

re quod o

tēm aērē

qua Diab

hoc fīmī

te rādēdē

Wītēm fītār

fītā, 14. lou

j. Vīdē

mōtādūm

L. De hīs fī

De rādēdē

Wītā dūbī